Lane Medical Library 185

DE DYSENTERIA

ADJECTA HISTORIA MORBI.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI
MEDICORUM ORDINIS
IN ALMA LITERARUM UNIVERSITATE
HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA
PRO SUMMIS
IN MEDICINA ET CHIRURGIA
HONORIBUS
RITE CAPESSENDIS
DIE X. MENSIS MARTII ANNI MDCCCLVIII.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

BERNARDUS ALBERTUS STUEVE.
Guestphalus.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCEPERUNT
WESCHKE, Med. Cand.
JAHN, stud. med.

HALIS SAXONUM,
TYPIS ENDERMANNI.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA40153306_0190

PARENTIBUS

OPTIMIS DILECTISSIMIS

AD CINERES USQUE COLENDIS.

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

OFFERT

FILIUS.

Literatura.

Hippocr., Aphor. v. 1, de morb. vulgar. v. 1, de Apheot. v. 1. Celsus, L. IV., c. 15. Galen, de loc. affect. L. 3. Cölius Aurelianus, morb. chronic. L. 4. Fabricius Hildanus, De disenteria, hoc est cruento alvi fluore, Openh. 1616. F. Hoffmann, De dysenteria, Opp. Suppel. II. Hal. 1734. Zimmmermann, von der Ruhr unter dem Volke im Jahre 1765 und den mit derselben eingedrungenen Vorurtheilen. Zürich 1787. Mosbey, obsero on the dysentery of the West-Indes. London 1781. Jo. Ludw. Mursinna, Beobachtungen über die Ruhr und das Faulfieber. 2te Aufl. Berlin 1787. J. Rollo, ueue Bemerk. über die mit Fieber verbundene Ruhr und ihre sichere Heilart, Leipzig 1787. M. v. Geuns, Abhandl. über die epidem. Ruhr. Aus dem Holländischen mit Anm. von J. B. Keup. Düsseldorf 1790. Karl Chr. Matthäi, über die epitemische Ruhr. Hanover 1797. Franz Wilh. Chr. Hunnius, Abhandl. über die Ursachen und Heilung der Ruhr und deren Complicat. Jena 1797. J. Phil. Vogler, von der Ruhr und ihrer Heilart, Giessen 1797. Herm. Wilh. Lindemann, über die Ruhr und deren Heilungsart. I. Dewar, observat. on diarrhoea and dysenteri etc. during the campaign in Egypt, London 1803. Ernst Horn, Versuch über die Natur und Behandlungsart der Ruhr, Nürnberg 1809. Geo v. Wedekind, über die Ruhr. Herausgegeben von Dannenberg, Frankfurt a. M., 1811. Fr. Schumacher, Beiträge zur Nosogenie und Nosologie der Ruhr, Frankf. a. M. 1812. J. O'Brien, observ. on the acute and chronic dysentery of Ireland, Dublin 1822. A. Malik, Abhandl. über die Ruhr und ihre vereinfachte Therapie. Prag 1828. Gottl. Chr. Fr. Hauff, zu Lehre von der Ruhr. Tübingen 1836. Aug. Siebert, zur Genesis und Therapie der rothen Ruhr. Bamberg 1839. Fr. Aug. Gttl. Berndt, Bemerk. über

Ruhr. Mit Fig. Greifswalde 1840. Anshelme Peysson, Mémoi sur la dysenterie et la Colite aignes. paris 1810. J. Merz, die Ruhr a Epidemie und als Krankheit. Zürich 1845. E. A. Parkes, remarks the dysentery and Hepatitis of India. London 1846. William Hart observ. on the history and treatment of dysentery. Dublin 1847. Can bay, de la dyscntery et des maladies du foie qui la compliquent. Par 1847. Catteloup, recherches sur la dysenterie du Nord de l'Afriqu Paris 1851. A. Fouquet, de la dysenterie. Paris 1852. L. Heyman Darstellung der Krankheiten in den Tropenländern, Würzberg 1855.

De natura ac sede morbi.

De natura dysenteriae diversae ab autoribus pronunciatae sunt sententiae.

Zimmermann bilim immutatam morbi caussam esse putat. Johnson et Martin eamdem caussam statuentes perspirationem cutis immutatam addunt.

Akenside vero, Stoll, Vogler, et Richter bilim primariam dysenteriae caussam non esse, sed morbo ipso secretionem hepatis immutari persuasum habentes dysenteriam naturae rheumaticae esse affirmant.

Broussais dysenteriam simplicem intestini inflammationem esse putat. — At intuentes processum anatomico-pathologicum, symptomata caussasque morbi, dysenteriam ut inflammationibus specificis adnumeremus, cogimur. —

Cullen constrictione intestini faccibusque retentis morbum gigni putat. — Sed quum constrictio intestini retentioque faecium et ante morbum exortum et initio saepissime desint, in morbo procedente magis magisque appareant, eas processu anatomico-pathologico provocari puto.

Alii affectionem intestini propriam atque idiopathicam esse, alii intoxicatione sive infectione sanguinis propria gigni affirmant. —

Mihi quidem caussas dysenteriae consideranti, eam non semper eiusdem naturae esse visum est. Dysenteriam saepe naturae rheumaticae esse puto, sed non semper, quum ut quicunque alius morbus multis caussis gigni possit. Maximum vero momentum in dysenteria procreanda miasma exhibet.

Cuius naturae hoc miasma sit, adhuc non constat. Sunt qu malariam incusent. —

Sedes morbi semper est intestinum crassum, inprimis co lon descendens atque intestinum rectum, raro extrema inte stini tenuis pars affecta invenitur.

Processus anatomico - pathologicus, quem in dysenteri exquisita invenimus, quoad formam ac decursum est specificu Consistit is enim in inflammatione, qua in circumscriptis par tibus (saepe insulis similis, exanthematum modo) membran mucosa tumefacta ac sero infiltrata partim exsudatis crouposi obtecta, partim excoriationibus atque ulcerationibus affect evadat. —

Anatomia pathologica.

Imago pathologico - anatomica differt intensitate inflammationis.

In gradu dysenteriae minori, quem catarrhalem appellare licet, siv initio morbi membranam mucosam singulis in partibus hyperaemicam, rube factam atque intumefactam invenimus, eandemque mollem, sero infiltratam eius epithelium crassum, molle, aliis in partibus pulticula sordida accu mulatum, in aliis furfuri simile iam detrusum, telam cellulosam submu cosam modice hyperaemicam atque infiltratam. Interdum epithelium inst vesicularum plerumque serum continentium elevatum esse dicitur. — Ili accedunt in dysenteria quae vocatur follicularis potiusque chronicum sequ tur decursum, folliculi mucosi intumefacti, quorum ductus excretorii dil tati mucum fundunt vitro similem et postea saepe exulceratione afficiuntu Ea quae intestino continentur, sunt faeces tenues et liquor albus floccosu

In dysenteria exquisita, crouposa partes intestini affectae muco tena atque exudatis propriis obductae sunt, quae partim floccosa et concis (furfuri sive lacti concreto similia), partim firmius continentes membra nas crouposas, panniculos, tubulos, insulas, ulcera formant. Sub hi exsudatis membrana mucosa plane emollita massam format decolore atque ecchymosibus est intermixta, folliculi solitarii tumefacti intertu suppurant. Tela cellulosa submucosa valde hyperaemica et plurimo se infiltrata est. Inde fit, ut intestium in partibus affectis nodi plus mi nusve eminentes, inter quos id quod membranae mucosae integrae positu est, elevetur. Intestinum, quod est laxum atque amplum, spiritibus natu ralibus dilatatum liquorem continet exsudato, epitheliis, sanguine et faeci bus compositum.

Inflammatione procedente nulli parti membranae mucosae parcitur; partes iam affectae magis magisque nodosae proferuntur, membrana mucosa mollita dilabitur sive cum exsudatis diphtheriticis ulceris crusta perit, ho fit ut tela cellulosa submucosa villosa, sanguinem fundens nudetur; folliculi mucosi in suppuratione versantur, membrana adhuc integra minorem praebet inflamationis gradum. Id quod intestino continetur, liquor est flavus, aquaticus, ex exudatis putridis, membrana mucosa soluta, sanguine compositus. —

In summo gradu gangraena membranae mucosae exoritur, quae massa nigra, villosa sive tubulosa simul cum singulis telae cellulosae submucosae funniculis detruditur, omnia vasa turgent sanguine subrubro sive nigro, foci puriuenti et putridi in tela cellulosa submucosa inveniuntur. Membrana muscularis sero infiltrata, sive luxa et pallida. Id quod intestino continetur, massa est nigra, gangraenose olens. (Dissenteria gangraenosa, diphtheritica sive septica).

Ad processum dysentericum saepe accedunt profusiones sanguinis in cavum intestini nisi exudatum iam antea naturae fuerat haemorrhagicae. (Dysenteria sanguinae sive sic dicta rubra).

Glandulae meseraicae peroximae hyperaemicae atque infiltratae, tunica peritonealis sive tantum nonnullas prebet iniectiones, sive exsudato est obscurata et crassior facta.

Sanguis hominum dysenteria laborantium secundum Masselot et Follet magis magisque privatur albumine et sanguinis corpusculis, salia vero augentur.

Inflammatio aut omnes gradus percurrit, aut gradu minori ad sanitatem perducitur.

Inflammatione catarrhali plane remissa epithelium facile restuitur, membrana mucosa destructa non restituitur, sed tela fibrosa cicatricosa formatur, quae plerumque fortiter contrahitur. Saepe tela fibrosa plicas format duras, quibus stricturis intestini cavum coarctatur.

Interdum restitutio magis est imperfacta; ulcera remanent et simplicia et follicularia (ulcera dysenterica), suppuratio in tela cellulosa submucosa procedit, formantur novi foci purulenti, fistulae sub residuis membranae mucosae in membrana musculari, vivacior exsistit in his partibus peritonitis cum exsudatis, quibus plerumque adhaesiones efficiuntur.

Saepe tunica mucosa catarrho chronico est affecta, tunicae intestini decolores fiunt; folliculi tumefiunt ac suppurant. Raro perforationes perinaei universalisque peritonitis exsistunt, sive perforationes intestini recti et periproctitis.

Symptomatologia.

Dysenteria plerumque sine prodromis exsistit, interdu vero morborum acutorum proprii, lassitudo, torpor atque d lores membrorum, turbatio organorum digestionis, symptoma febris plus minusve exquisita unum vel complures per di morbum antecedunt. Initium dysenteriae manifestatur dia rhoea, sedibus frequentibus, stercoraceis sive aquosis. Acced dolor abdominis atque minor tenesmi gradus. Mox vero ha symptomata exacerbant. Sedes magis magisque frequent morbo procedente exsistunt. Raro aegroti minus duodeci intra horas viginti quatuor sellam petunt, saepe numerus s dium triginta sive quadraginta completur, immo vero in d senteria maligna, praecipue tropica sedes fere continuae atq innumerabiles fiunt. — Quo frequentiores sedes, eo maiore gradum dolor abdominis exhibet. Qui quidem acer, constringen sedes, ut fieri solet, antecedit, comitatur, transit. Fere semp cum paroxysmis incedit, sed sedibus frequentissimis continu fit sive breve tantummodo per tempus cessat. Sed quoqu extra paroxysmos regio colica, inprimis colon descendens, quu fortiter premas, praecipue tum quum ulcera adsunt, dolore exhibet. Simul cum sedibus et dolore abdominis tenesmu augetur. Aegrotis enim sensus inest, quasi in parte intesti recti extrema grave corpus sederet. Inde fit, ut ad hanc mo lem eliminandam summa virium intentione summoque dolor impellantur neque tamen omnino quidquam sive parva admo dum quantitas excernatur. Tenesmus raro continuus sive longu quam dolori abdominis similis paroxysmos exhibet. Eo maio est, quo profundius affectio intestini recti descendit atque ii in casibus rarioribus solummodo deest, quibus intestinum re ctum omnino non est affectum. Tenesmus saepe cruciatum morbi exhibet maximum et ad tantam pervenire potest inten sitatem, qua in aegrotis sensibilibus subitae defectiones siv convulsiones oriantur. Sensus adest aestus constrictionisqu

ani rubefacti; saepe quoque prolapsum recti, praecipue in hominibus debilitatis invenis. In multis aegrotis organa genito-urinaria incitationis intestinalis participia fiunt. Saepissime tenesmus vesicae urinariae exoritur, qui impulsu ad urinam emittendam continuo ac summo ad hunc finem nisu quamquam frustraneo insignis est. In feminis his in casibus leucorrhoeam saepissime observare potes. —

In gradu morbi maiori saepe paucos post dies collapsus aegrotorum conspicitur, facies pallida, malum grave exprimens; cibi appetentia plane amissa aut certe valde diminuta invenitur, magna adest sitis, secretio urinae est minuta, cephalaea aegrotos vexat vehemens. Non raro vomitus observatur et initio et decursu morbi. Febris in dysenteria valde varia, inconstans, in casibus levioribus interdum non exigua, dum in gravissimis non raro gradu minori incedit sive omnino deest. Calor corporis raro aucta, plerumque normalis, in casibus gravibus, exitu infausto et longo morbi spatio plerumque diminuta invenitur. —

Quibusdam accedentiis proprius exsistit morbi habitus, indeque modificationes dysenteriae proficiscuntur. —

Dysenteria catarrhalis est affectio praecipue catarrhalis intestinorum, quae sedibus aquosis, rubicundis sive abbidis, mucosis, albuminosis atque febri catarrhali mitiori manifestatur. —

Dysenteria pituitosa, catarrhus folliculorum mucosorum intestini recti chronicus, minori symptomatum intensitate, lingua muco obtecta, sedibus mucosis putridisque cognoscitur.

Dysenteria inflammatoria febrim exhibet continuam, calorem cutis magnam atque abdomen, quum conprimas, dolorosum.

Dysenteria biliosa sive gastrica lingua flava sapore oris amaro, nausea continua atque vomitu cognoscitur. —

Dysenteria ataxica deliriis tremore universali, subsultu tendinum est insignis.

Dysenteria adynamica sive putrida ingenti debililate lingua

sicca, meteorismo, membris frigidis, sedibus involuntariis nec minus sanguineis, interdum putridis et gangraenose olentibus manifestatur. —

Dysenteria hepatica significatur ea forma, quae in regionibus tropicis observatur et cum hepatitide suppurativa coniuncta est. —

Si dysenteria ad sanitatem perducitur, symptomata paullatim remittunt. Sedes rariores et faecales fiunt, tenesmus atque dolor abdominis de die in diem minuuntur. Raro signa critica, sudores atque urinae sedimenta in dysenteria observatur. Saepe aliquod per tempus alvi obstructio atque sedes aquosae frequentiores remanent.

Si vero dysenteria lethalis fit, facies aegroti magis magisque immutatur, pulsus fit parvus, irregularis, meteorismus abdominis oritur, numerus sedium atque tenesmus augentur (quibusdam autem in casibus diminuuntur et singultus exsistit continuus); omnia ea, quae excernuntur, putridum exhibent odorem et corporis macies rapide progretitur. —

Saepissime dysenteria in statum chronicum transit, (dysenteria chronica), idque intra diem vigintesimum quintum et et trecentesimum fieri solet. Raro dysenteria chronica ad sanitatem perducitur symptomatibus paullatim remittentibus. — Aegroti, si exitus infaustus sequitur, dolore abdominis atque tenesmo cruciantur, quamquam gradu minori quam in acuta dysenteriae forma. Numerus atque habitus sedium valde variat; meteorismus exsistit abdominis, cibi appetentia plane est amissaa, sive tamen valde irregularis. Dysenteria chronica exacerbationes atque remissiones exhibet; mox vero macies continue progreditur atque aegroti statu marasmi consumuntur.

Decursus atque exitus.

In dysenteria benigna reconvalescentia, ut solet, intra octo sive quatuordecim dies, in maligna saepe intra hoc spa-

tium existit, saepius vero excedit, sive est lenta, diarrhoea, minori gradu tenesmi, affectionibus gastricis turbata. Mors rarissime ante diem octavum sive nonum, in epidemiis malignis vero atque inprimis in dysenteria tropica iam die tertio saepe incedit. — Dysenteria chronica decursum exhibet incertum; non raro permanet aliquot menses, immo vero complures, annos.

Exitus lethalis, qui in stadio acuto ac chronico observatur, confectione virium, gangraena perforationeque intestionorum peritonitideque, intoxicatione sanguinis pyaemica, accedentibusque pulmonum, cerebri sive cordis affectionibus adducitur.

Morbi secundarii observantur ulcera atque stricturae intestinorum, diarrhoeae longinquae, inflammationes metastaticae atque abscessus cutis, anaemia, hydrops, tuberculosis, affectiones hepatis, praecipue abcessus, marasmus.

Diagnosis.

Symptomata illa dysenteriae tria, diarrhoea, dolor abdominis, tenesmus morbum satis manifestant, ita ut non facile cum aliis intestini affectionibus cum possis confundere. —

Colitis simplex et follicularis nec minus Colitis ulcerosa symptomata quidem dysenteriae similia exhibent, quapropter diarrhoea dysenterodes significatae sunt, sed processu anatomico-pathologico atque exsudato dysenteriae verae proprio differunt.

Complicationes.

Dysenteria cum omnibus morbis et acutis et chronicis simul incedere potest inprimis vero aegroti carcinomate, morbo Brightii, Tuberculosi, Syphilide laborantes morbo infestantur.

Aetiologia.

Dysenteria quoque anni tempore, in omnibus orbis terrarum regionibus, observatur, frequentissime vero autumno et

sub finem astatis atque in terris calidis, inprimis tropicis, at que in iis regionibus, ubi subitae vicissitudines tempestatis existunt; saepissime quoque in iis locis exoritur, ubi calor humida regit e. gr. in magna Americae parte et in plerisque terris palustribus intra tempus anni calidum. Dysenteria saepissime grassatur in castris, oppidis oppugnandis, navibus aliisque locis angustis, quibus multi homines coarctantur. In omnibus vitae aetatibus morbi fere eadem frequentia; in hominibus adultis, senibus atque sexu virili fortasse paruin frequentius observatur.

Causae proximae, quibus morbus adducitur, alimenta mala e. gr. cibi corrupti e farina parati, olera difficilia concoctu praecipue legumina, atque inprimis poma immatura nominantur. Usu suillae, aquae putridae, aquae bestiolas infusoria continentis, usu immodico atque intempestivo medicaminum purgantium drasticorum, abusu carnium ac potulentorum spiritum continentium atque inhalatione vaporum putridarum dysenteriae summe malignae saepissime exortae esse dicuntur. Inprimis vero ab autoribus vis frigoris maximum momentum statuitur. Sunt quoque, qui dicant, retentionem faecium morbi caussam esse proximam. Etiam defatigationibus, itineribus immodicis animi concitationibus dysenteria exori potest.

Ut vero hac caussae proximae morbum adducere possint Zimmermanni sententia mihi placet, qui dicit, praedispositio in homine propria iam antea fuerit necesse esse. —

Utrum dysenteria contagium exhibeat, necne, adhuc non constat. Sunt qui credant, in gradu morbi maiori atque in epidemiis malignis tantummodo contagium gigni. Plerique autores excretis intestinalibus hoc contagium inhaerere putant An secretionibus aegroti gignatur, multo magis est dubium.—

Prognosis.

In dysenteria et epidemica et sporadica varia est statuenda prognosis.

Aliae epidemiae sunt benignae, aliae maxime perniciosae. Maximum periculum exhibent dysenteriae putridae, quas sequuntur inflammatoriae atque biliosae. —

Dysenteriae in locis angustis, quibus multi homines coarctantur, exortae saepe maxime perniciosae sunt. Inprimis vero dysenteria tropica infestissima est. —

Homines sani, si in dysenteriam incidunt, minus in periculo versantur, quam ii, qui alio morbo iam affecti eraent. Et quo gravios morbus, qui antecessit, eo peior prognosis. Inprimis aegroti carcinomate, morbo Brightii, tuberculosi, Syphilide laborantes morbo infestantur, nec minus ii, qui, si in dysenteriam inciderunt, omni cura destituti sunt. Itemque homines debilitati, nec minus infantes, senes, mulieres gravidae, puerperae in periculo versantur.

Quoad habitum atque decursum morbi malum portendunt omen sedes frequentissimae, sanguineae sive putridae, longinquitas morbi atque eius transitus in statum chronicnm; symptomata dysenteriae adynamicae atque ataxicae: debilitas, pulsus frequens et parvus, cutis frigida, sudores frigidi tenaces, anus apertus atque sedes involuntariae; singultus continuus, deliria, convulsiones sive paralyses; symptomata peritonitidis atque perforationis intestini, intoxicationis pyaemicae; hydrops atque marasmus. —

Prophylaxis.

Unusquisque vitet omnia ea, quibus morbus adduci potest, inprimis perfrictionem, cibos difficiles concoctu, praecipue poma immatura; victus rationem teneat egregiam atque fascia utatur abdominali. Tectorum salubrium atque aëris puri cura habenda est; cultui atque victui hominum inopia laborantium ex impensis publicis inserviendum est. Homines dysenteria affecti ab aegrotis alio morbo laborantibus atque ab hominibus sanis separandi sunt, atque, ne excreta intestinalia noceant, cavendum est.

Remotio e foco pestilentiae sine dubio optimum est pr
phylacticum.

Cura.

Quicunque dysenteria affectus lecto teneatur, ab omnib
cibis sese abstineat, sive tantum potulenta mucilaginosa sum
et balneis utatur calidis. Cataplasmata emollientia in abdom
applicanda sunt; cubiculum, purum ut aërem contineat,
dendum est. —

Sunt, qui initio morbi methodum abortivam laudent, cura
diaphoretica, medicaminibus emeticus et maioribus Calomela
dosibus morbum depelli velint. Alii vero hanc curam
morbum supprimendum nihil sive tamen parum valere dicu

Multa in dysenteria laudantur medicamina. Sed qu
tot in hoc morbo varitates exsistant, facile est intellectu, n
semper eamdem curam esse adhibendam atque medicamen h
in casu porrectum prodesse, in altero nocere posse. Geni
epidemicus atque habitus morbi respiciendi sunt. —

Sunt qui in dysenteria curam antiphlogisticam semper a
hibendam esse putent, sanguinisque missiones et universa
et locales institui velint. Alii vero in dysenteria inflamma
ria eam tantum adhibendam censent.

A multis auctoribus Calomel in hoc morbo laudatur, qu
dosibus maioribus aut minoribus porrigitur, solum sive c
Opio, Ipecacuanha. Etiam Hydrargyrum bichl. corr. adhibet

A permultis medicamina emetica ac purgantia laudant
quaem ab aliis initio morbi, ab aliis tantum in dysenteria
tarrhali et bilioso dantur. Ex emeticis inprimis Ipecacuan
nominanda est, quae dosibus maioribus sive minoribus porri
tur, sola sive cum Opio. Tartarus stibiatus quoque atque a
emetica in usum vocantur. - - Ex medicaminibus purganti
praecipue leniora adhibentur, e gr. oleum Ricini, Rheum, K
tartaricum. Sed etiam drastica adhibita sunt, e gr. Gummi Gu

Donec intestinum in statu irritationis versatur, remedia
rcotica, quum vero statum ut ita dicam atonicum exhibet,
nica atque adstringentia merito laudantur. Inter narcotica
ium primum obtinet locum, atque revera maximum in dy-
nteria remedium est. Minuit enim motum intestini peristal-
um, sedesque minus frequentes redelit, minuit dolores atque
ganismum totum bene afficit. Opium porrigitur solum, sive
m Ipecacuanha, Hydr. chlor. mit., cum medicaminibus toni-
s atque adstringentiis. — E narcoticis quoque dantur Bella-
nna, Nux vomica, Extractum Hyoscyami. — E numero me-
caminum tonicorum atque adstringentiorum laudantur Casca-
la, Colombo, Tormentilla, Cubebae, Gummi Kino, Tanninum,
licinum, China, Alumen, Argentum nitricum, Plumbum ace-
um, Cuprum et Zincum sulfuricum, Magisterium Bismuthi.

Apta quoque ad irritationem intestini minuendam laudan-
r medicamina mucosa, involventia, e. gr. decocta Altheae,
lep, Lichen isländicus, Albumen. — Quae quidem medica-
ina mucosa cum narcoticis sive adstringentiis optime coniun-
ntur ac per os sive rectum inducuntur. —

Ex reliquis medicaminibus, quae in dysenteria laudantur,
minanda, da sunt: Aqua calcis, sola sive cum lacte, Ammonium,
agnesia: Acidum tartaricum, Acidum nitricum, Chlorum, The-
binthina, Balsamus Capaivae. —

In dysenteria adynamica Camphora atque Arnica laudan-
r; in forma dysenteriae putrida vero medicamina eadem at-
e quae in febri putrida in usum vocantur. —

Saepe in dysenteria cura symptomatica instituenda est.

Ad dolorem abdominis minuendum praecipue medicamina
rcotica valent; cataplasmata quoque et sanguinis missiones
cales ad hunc finem laudantur.

Contra tenesmum cataplasmata et narcotica et emollientia
anum applicata lautantur, nec minus unguenta e Morphio,
io, Extr. Belladonnae, Cicutae, Nuc. vomic. parata. Sangui-
s quoque missio localis, si hyperaemia adest, utilitatem offert

Historia morbi.

Joannes Gradjan, annos LXII natus, vestificus, consti-tione corporis debili, parvis incommodis exceptis, usque ad num vitae trecentesimum septimum semper bona valetud gavisus erat. Ex quo quidem tempore haemorrhoidibus la raverat, quae vero fluentes minus molestae fuerant.

Ante hebdomades circiter quatuor aegrotus in vici lacus, qui prope Eislebiam situs est, in tumulo coaequan elaboravit atque hoc labore insueto dolores pectoris, tuss et coryzam sibi contraxit et mox dyspnoea, febri, somniis vacibus affectus est. Gradjan, haemorrhoides interruptas e ratus, ut valetudini consuleret atque auram palustrem vita in vicum, qui Deutschenthal vocatur, se contulit ubi in do versabatur, qua complures homines dysenteria affecti teneba tur. Mox quidem ab affectione, qua laboraverat, restitutus e sed nonnullis diebus interiectis novo se implicitum mor nausea orta videbat.

Mox diarrhoea exstitit, quae de die in in diem eiusmo ingravescebat, ut nihil nisi mucus et sanguis excernerent Aegrotus d. XVIII mens. Oct. in clinicum medicum recept est. —

Status praesens. Frequentia pulsus intra XC et C vari Magna adest cutis temperatura, colon in toto decursu dolor exhibet, magnus adest tenesmus, sedes sanguinem et panni los membranae mucosae praebent.

Aegroto, quem dysenteria laborare perspicuum est, Emul Gummi arab. cum Aqu. Amygdalar. amar. et Pulv. Doveri p riguntur.

Status aegroti eiusmodi in melius vertit, ut iam die XX m. Oct. sedes faecales existerent, dolor coli aliquantum remi rit, atque minor adesset pulsus frequentia. —

Sed d. XXVI mens Oct. nausea rediit, sedes denuo s guinem et delrusas cellulas epitheliales exhibebant; aegro

bi appetentiam amissam et sensum concretionis in ventriculo, mulac quid cibi sumsit, querebatur. Datur Colatur. Argent. tric (e r. ij) ℥vi.

Complures per dies sedes multos ac magnos panniculos trusae membranae mucosae exhibebant. Inde vero status groti in melius vertit; sedes fiebant normales, faecales. Aeotus, quamvis adhuc debilis et anamicus, quum desiraret, VI mens. Nov. e clinico dimissus est.

Sed d. XV mens. Nov. rediit. Gangraena exorta erat lde diffusa, quae praecipue ad partes maxillae superioris rtinebat. Gingiva serici dentium superioris et magna pars embranae mucosae palati duri sunt decolores, sensu carent que foetent. Os necrosim exhibet valde diffusam.

Diarrhoea non intensa et febris hectica vires aegroti, iam lde debilitati ita exhauriebant, ut d. XXVII mors intraret.

Visum repertum. Inflammatio pyaemica renum exquisita; perficies tota renum amborum flavis focis pyaemicis obtecta; par normalis; in liene foci pyaemici. Membrana mucosa instini crassi a colo descendente proficiscens destructa es. embrana muscularis et tunica peritonaealis normales inveuntur. Nulla adsunt peritonitidis signa. —

Vita.

Ego Bernardus Albertus Stueve, confessioni addictus catholicae, n[illegible] sum Borgentrici Guestphalorum die XXX mensis Augusti anni h[illegible] XXXII patre optimo Antonio Stueve, matre carissima Ferdinandina St[illegible] e gente Evers, quos adtuc superstites maxima pietate colo atque ven[illegible] Primis literarum elementis a reverendissimo verbi divini ministro Tewes[illegible] structus sex per annos Gymnasia et Herfordiense et Monasteriense [illegible] quentavi Auctumno anni h. s. LII primum adii testimonio maturit[illegible] instructus Academiam Monasteriensem, Academiam Monasteriensem, ib[illegible] in civium academicorum numerum a Rectore magnifico Ill. Deycks rece[illegible] et in album facultatis philosophicae ab Ill. Winiewsky t. t. decano [illegible] scriptus per duo semestria scholis pihlosophicis intertui, exq uibus h[illegible] nominare sufficiat.

Cel. Karsch: de botanice; dee zoologia. Cel. Hittorf: de electrici[illegible] et magnetismo.

Deinde vero autumno anni h. s. LIII universitatem adii Gryphi[illegible] ibique in civium academicorum numerum a Rectore magnifico Beat. Be[illegible] d. XXV. m. Octo. receptus et in album facultatis medicae ab Ill. Bard[illegible] ben t. t. Decano inscriptus per sex semestria audivi disserentes: Ill. M[illegible] thies: de psychologia; de logice. Ill. de Feilitzch: de physice. Ill. [illegible] nefeld: de chemia organica et anorganica; de mineralogia. —

Ill. Schultze: de osteologia, chondrologia et syndesmologia; de a[illegible] tomia; de arte cadavera rite dissecandi; de physiologia; de anatomia [illegible] thologica. Ill. Haeser: de encyclopedia et methodologia medica; de pat[illegible] logia et therapia generali; de semiotice generali. Ill. Niemeyer: de pat[illegible] logia et therapia speciali. Ill. Bardeleben: de chirurgia generali et s[illegible] ciali, de akiurgia; de ophthalmiatrice; de ossium fracturio et luxationi[illegible] Cel Eichstedt: de arte obstetricia; de operationibus obstetriciis; de me[illegible]

lierum de morbis infantum. Cel. Laurer: de materia medica; de methodo muldas meoicaminum rite concinnandi; de toxicologia; de arte fascias irurgicas rite applicandi. Exp. Pohl: de morbis organorum genito opoëticorum; de Syphilide.

Exercitationibus clinicis medicis. Ill. Niemeyer, nec non iis chirur-is ac cursui operationum chirurgicarum Ill. Bardeleben, scholis deinde nicis obstetriciis Cel Eichstedt interfui.

Tum vero autumno a. h. s. LVI universitatem adii Regiomontanam, i per unum semestre scholis clinicis medicis Ill Hirsch, nec minus poli-nicis Ill. Mueller interfui. Inde vero per unum semestre domi versatus tumno anni h. s. LVII in hanc almam universitatem Hallensem me con-i, ut examen rigorosum subirem. —

Jam vero tentamine philosophico et medico, nec minus examine rigu-so superatis, spero fore ut dissertatione thesibusque defensis summi in dicina et chirurgia honores in me conferantur. —

Theses.

I.

In mittendo sanguine medicus non tam annos
merare, quam vires aegrotantis existimare debet.

II.

Venae sectioni in pneumonia acuta nullum
medium est praeferendum.

III.

Remota morbi causa non semper morbus ipse
latur.

IV.

Libri medici, qui nominantur populares, magis
cent quam prosunt.